

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De Obligatione Matrimoniali secundum Legem Naturae**

**Wernher, Johann Balthasar von**

**Lipsiae, 1698**

§. III

**urn:nbn:de:bsz:31-102612**

quibus intervenientibus jus ab ipso concessum in certis se individuū exeret. Quamobrem cum DEUS mulierem maritali potestati subji- cit; exinde non hoc sequitur, quod quævis indistinctè fœmina ali- cui viro debeat subiecta esse; Sed illa demum, quæ in uxoris no- men transierit; quod nomen non simplex est, sed involvit etiam pactum, quo mediante certum se fœminæ individuū certo viro ad- junxerit, adeoque vim constitutionis divinæ jam in actu secundo in ipsam exeri fecerit.

§. III.

Alii sunt, qui maritalem potestatem a *sexu masculini præstan- tia* deductum eunt. Sed non possunt evidentè ostendere, in quo hæc sexus præstantia ponenda sit. Utrum in eo, quod uxori Mari- tius in generationis actu prævaleat, an in hoc, quod mares ad bel- la, aliasque imperii partes obeundas magis idonei sint fœminis, *conf. Præsch. d. bono Cive §. 6. it. Arnif. d. Jure Connubii cap. 1. sect. 1.* Sed & prior præstantia adhuc dubia, ob Medicorum hæc in parte dissensum, & posterior, si conceditur, tanta tamen, quod ex se manifestum, non est, quæ propterea marito imperium in uxorem conciliare possit.

§. IV.

Potior autem his est, & maximè veritati conformis sententia, quod deducenda potestas hæc omnis sit à *Consensu cohabitationis seu consociationis*, quo mediante fœmina sibi eligit maritum, portio- nemque se familiæ ipsius constituit, hocque ipso non solum ei in cor- pus suum arbitrium committit; sed etiam se quasi obligat; quod ip- sum tanquam familiæ caput in comparandis dispensandisque vitæ subsidiis, sequi velit. Neque verò, uti supra jam monitum, hoc maritalis potestatis à consensu desumptum fundamentum impedit, quò minus etiam dispositioni Divinæ, sed tanquam causæ remotæ adscribatur. Quin potius illud certum, quod non solum uxor in statu corruptionis vi *Gen. III. v. 16.* (ubi simul hoc imperium onero- sum factum) maritali potestati subfit, sed & in statu integritatis sub- jecta fuerit, idque ob naturalem fœminæ à viro dependentiam, unde *1. Cor. XI. v. 8.* dicitur: *Ὁ υἱὸς ἔστιν ἀντὶ τοῦ κυρίου, ὡς ἡ ἐκκλησία, ἡ σώτην ἑαυτῆς σώσει ὡς ἡ ἐκκλησία, ἡ σώτην ἑαυτῆς σώσει ὡς ἡ ἐκκλησία.* Non Mas à fœmina, sed fœmina à viro est, & v. 9.